



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio C. De simonia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



QVAESTIO C.

De simonia in sex articulos diuisa.

INDE considerandū est de simonia. ET CIRCA hoc quæ riantur sex.

- ¶ Primo, Quid sit simonia.
- ¶ Secundo, Vtrum liceat pro sacramentis pecuniam accipere.
- ¶ Tertio, Vtrum liceat accipere pecuniam pro spiritualibus actibus.
- ¶ Quarto, Vtrum liceat uendere ea, quæ sunt spiritualibus annexa.
- ¶ Quinto, Vtrum solum munus a manu faciat simoniacum, an et munus a lingua, & ab obsequio.
- ¶ Sexto, De poena simoniaci.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum simonia sit studiosa uoluntas emēdi, uel uendendi aliquid spirituale, uel spirituali annexum.

AD PRIMVM sic procedit.

Vt, q̄ simonia non sit studiosa uoluntas emēdi, uel uendendi aliquid spirituale, uel spirituali annexum. Simonia. n. est hæresis quædam. dicitur. n. \* 1. q. 1. Torribilior est Macedonii, & eorū qui circa ipsum sunt, Sancti spiritus impugnatorum, impia hæresis, quæ simonia eorum. Illi. n. creaturam & seruum Dei patris & filii Spiritum sanctum delirando fatentur. isti uero eundem spiritum sanctum efficiunt seruum suum. Omnis enim dominus qd̄ habet, si uult, uendit siue seruum siue aliquid aliud eorum quæ possidet. Sed infidelitas non consistit in uoluntate, sed magis in intellectu, sicut & fides, ut ex supra\* dictis patet: ergo simonia non debet per uoluntatem diffiniri.

¶ 2. Præ. Studiose peccare est peccare ex malitia, quod est peccare in Spiritum sanctum. Si ergo simonia est studiosa uoluntas peccandi, sequitur quod semper sit per peccatum in Spiritum sanctum.

¶ 3. Præ. Nihil est magis spirituale q̄ regnum cælorum: sed licet emere regnum cælorum. dicit. n. \* Greg. in quadam Homil. Regnū cælorum tantum ualeat, quantum habes: ergo nō est de simonia uel de emere aliquid spirituale.

¶ 4. Præ. Nomen simoniæ a Simone mago acceptum est, de quo legitur Act. 8. q̄ obtulit Apostolis pecuniam ad spirituales potestates emendam, ut scilicet quibuscumque manus imponeret, reciperent Spiritum sanctum, nō

A autem legitur q̄ aliquid uoluerit uendere: ergo simonia nō est uoluntas uendendi aliquid spirituale.

¶ 5. Præ. Multa alia sunt uoluntaria commutationes, præter emptionem, uel uenditionem, sicut pmutatio, transactio: ergo ut q̄ insufficienter diffiniat simonia.

¶ 6. Præ. Omne quod est spirituale annexum, est spirituale. superflue ergo additur, uel spirituali annexum.

¶ 7. Præ. Papa secundum quosdam non potest committere simoniam: potest autē emere, uel uendere aliquid spirituale: ergo simonia non est uoluntas emendi, uel uendendi aliquid spirituale, uel spirituali annexum.

SED CONTRA est, quod \* Gre. dicit in registro. Altare, uel decimas, uel Spiritum sanctum emere, uel uendere, simoniacā hæresim esse nullus fidelium ignorat.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut supra\* dictum est, actus aliquis est malus ex genere, eo q̄ cadit super materiam indebitam. Emptionis autem & uenditionis est materia indebita res spiritualis, triplici rōne. Primo quidem, quia res spiritualis non potest aliquo terreno pretio compensari, ut de Sapientia dicitur Prouerb. 3. Pretiosior est cunctis opibus, & omnia quæ desiderantur, huic non ualent comparari. Ideo etiam Petrus in ipsa sui radice simoniacam prauitatem condemnans, dixit. Pecunia tua tecum sit in uenditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possidere. Secundo, quia id non potest esse debita uenditionis materia, cuius uenditor non est dominus, ut patet in autoritate supra\* inducta. Prelatus autem Ecclesie non est dominus spiritualium rerum, sed dispensator, secū dum illud primæ ad Corinth. quarto. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei.

Tertio, quia uenditio reputat spiritualium origini, quæ ex gratuita uoluntate Dei proueniunt. Vnde & Dominus dicit Matthæi decimo. Gratis accepistis, gratis date. Et indeo aliquis emendo, uel uendendo rem spirituales, irreuerentiam exhibet Deo, & reb. diuinis, propter quod peccat peccato irreligiositatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut religio consistit in quadam fidei professione, q̄ tamen aliquis interdum non habet in corde, ita et uitia opposita religioni habent quadam professionem in fidelitatis, licet quandoque non sit infidelitas in mente. Secundum hoc ergo simonia, hæresis dicitur secū

ditatis domare: ideo etiam in concupiscibili oportet aliquam habitualē perfectionem ponere. Ambiguum uero est, in quæ carum, s. in uoluntate, an in concupiscibili dicenda sit esse simpliciter & absolute sicut in subiecto, hu iusmodi uirtus: qd̄ euidenter non apparet sine discussione actuum propriorum huiusmodi uirtutis. Et propterea usq; ad dictū locū differatur ultima definitio. Quæ tum autem ad præsentem litteram, potest gloriari, quod intelligitur de partibus iustitiæ: quæ stricte, & proprie sunt partes iustitiæ, quas Tullius enumerauit, quæ. s. habent rationem debiti ad alterum, ita q̄ sine eo non saluatur morum honestas. Liberalitas autem, & huiusmodi, non sūt huiusmodi, sed parum habent de ratione debiti non ad necessitatem, sed propter melius, ut superius i. q. 80. patet ubi de partibus iustitiæ tractatur.

In responsione ad septimum, nota primo, quod Papa potest committere peccatum simoniæ sicut peccatum adulterii, & aliorum uiciorum, quibus nullam censuram incurrat. & hoc est clarum.

Nota secundo, q̄ cum duplex sit pecunia, q̄ Papa possit recipere. s. ecclesiæ, uel prophana: quæcumque recipiat, ut pretium spiritualis rei, simoniam committit quia neutra est sua: Et de prophana patet de ecclesiastica uero in littera declaratur: quia Papa nō est dominus, sed dispensator principalis pecuniæ ecclesiasticæ: ac per hoc pecunia ecclesiæ non est sua absolute ut possit ad libitum de ea disponere.

Nota tertio, q̄ cū potestas Papæ, quo

Habentur in q. 1. c. Altare.

1. 2. q. 18. ar. 1.

Argum. 1.

D. 1137.



ad res temporales Ecclesie, sit potestas non domini, sed dispensatoris, ut in litera dicitur, conueniens est ut plenitudo potestatis Papalis circa bona Ecclesie temporalia non exeat limites potestatis dispensatiue. Sicut in naturalibus plenitudo potentie calefactiua non exeat limites potestatis calefactiue: & in politicis plenitudo potestatis regie non exeat limites regie potestatis. Ac per hoc non potest Papa ad libitum donare res Ecclesie, sed potest tamquam habes apicem dispensatiue potestatis, multo plus de eisdem dispensare, quam quicumque alius proximus ecclesie alicuius prelati.

li. 8. ca. 5. in princip.

In principio li. co. 6.

q. 5. ar. 4.

q. 14. ar. 2.

q. 14. arti. 2. 1. q. 3. c. Saluator. no. re. mo. e a principio.

Et per hoc patet solutio questionis mercatorum, an scilicet, de usuris, quas cum clericis uarils, certis tamen, lucrati sunt, possint cum domino Papa componere, puta, si uisum ascendit ad quindecim milia ducatorum, dare Pate tria, uel quatuor milia, & residuum sibi retinere tura conscientia. Constat namque quod non renaneret mercator abolutus in conscientia, tum, quia Papa non est dominus, sed dispensator rerum ecclesiasticarum, & huiusmodi compositio non esset dispensatio, que discretam dispositionem importat: tum quia etiam si Papa esset dominus, premitur uerisimiliter qd non libere donaret, sed redimeret uexationem sua accipiendi de suo quantum habere posset. Cuius manifestum signum est, quia conatur componendi reuolare quantum plus potest. Ex eodem quoque fundamento, qd Papa non est dominus, sed dispensator, sequitur, qd de plenitudine potestatis non possit ad libitum dare bona Ecclesie cui uoluerit, aut consanguineis &c. sed tenetur fideliter dispensare, ut recta ratio suadet: iuxta illud, Hic tam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. Et rursus, Fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram, & non ad libitum, quantum uolet.

Super questionis centesima Articulum secundum.

In ar. 2. in responsione ad primum, dubium occurrit, An in casu litera, quo adultus in articulo mortis constitutus nulli her, qui uelit eum baptizare sine pecunia, locum habeat redemptio proprie uexationis. Et est ratio dubii, quia si ibi locum habet, sequitur qd licite potest dare pecuniam auaro sacerdoti ut eum baptizet,

non emendo baptismi, sed redimendo licentiam ter non det mori aliquid baptismi sumis, quod ra dr. Si uero ibi non habet locum, mirum ualeat in tanta necessitate licentia redimere tempore sepulcri, & iacob licuit hoc eodem modo.

Actu uero illi qui emere uolunt. Illi autem qui uendunt in actu, imitantur Giezi discipulum Heli, de quo legitur 4. Reg. 5. quod accepit pecuniam a leproso mundato, unde uenditores spiritualium possunt dici non solum Simoniaci, sed etiam Giezite.

Ad quintum Dicendum, qd nomine emptionis & uenditionis intelligitur omnis contractus non gratuitus. Unde nec permutatio prebendarum, uel ecclesiasticorum beneficiorum fieri potest autoritate partium absque periculo simonia, sicut nec transactio, ut iura determinant. Potest tamen prelati ex officio suo per mutationes huiusmodi facere percausa utili, uel necessaria.

Ad sextum Dicendum, qd si cutanima uelit secundum seipsa, corpus autem uiuit ex unionenima, ita etiam quedam sunt spiritualia secundum seipsa, sicut sacramenta, & alia huiusmodi, quedam autem dicuntur spiritualia ex hoc, quod talibus adherent. Unde 1. q. 4. dicitur e si quis obierit, quod spiritualia sine corporalibus rebus non proficiunt, sicut nec anima sine corpore corporaliter uiuit.

Ad septimum Dicendum, qd Papa potest incurere uitium simoniae, sicut & quilibet alius homo. Peccatum. n. tanto in aliqua persona est grauius, quanto maiorem obtinet locum. Quamuis res ecclesie sint eius ut principalis dispensatoris, non tamen sunt ei<sup>9</sup> ut domini, & possessoris. Et si reciperet pro aliqua re spirituali pecuniam de redditis, ecclesie cuius, non careret uitio simoniae. Et similiter etiam posset simoniam committere, recipiendo pecuniam aliquo laico non boie de ecclesie.

ARTICVLVS II.

Vtrum semper sit illicitum proferre mentis pecuniam dare.

AD SECVNDVM sic procedit. Vt, qd non semper sit

a Ric. in 1. 5. di. 4. ar. 3. q. ad 8. Ipe et Ric. Inter opiniones autem has, non magis conueniens est non respectu adulti. Et ro memorat qd su patit in iustis a potest, & nolite baptizari, cessitate precepti diuini in ar. baptizari, mortis sine alio baptizatore, sicut conueniens si occurreret. Constat namq; uniuersaliter qd citre a se abicere in iustis qd patit in iustis



tionis, non est velle temporale pro spirituali, ergo velle idem ex pacto, non est velle temporale pro spirituali, quod esset vendere. Secunda vero consequentia patet, quia non alia ratione hoc esset illicitum, nisi quia esset simonia, videlicet, velle temporale pro spirituali. Sublata ergo hac mali ratione, relictum quod non sit illicitum.

RESPONDEO. Dicendum, quod sacramenta nouae legis sunt maxime spiritualia, in quantum sunt causa spiritualis gratiae, quae pretio aestimari non potest, & eius rationi repugnat, quod non gratuite detur. Dispensantur autem sacramenta per ecclesiam ministros, quos oportet a populo sustentari, secundum illud Apostoli ad Corinth. 9. Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quae de sacrario sunt edunt: & qui altari deseruiunt, cum altari participant? Sic ergo dicendum est, quod accipere pecuniam pro spirituali sacramentorum gratia, est crimen simoniae, quod nulla consuetudine potest excusari: quia consuetudo non praesudicatur naturali, vel diuino. Per pecuniam autem intelligitur omnino illud, cuius pretium potest pecunia aestimari, ut Philo. dicit in 3. Ethico. Accipere autem aliqua ad sustentationem eorum, qui sacramenta Christi ministrant secundum ordinationem ecclesiae, & consuetudines approbatas, non est simonia, neque peccatum. Non enim sumitur tanquam pretium mercedis, sed tanquam stipendium necessitatis. Vnde super illud 1. ad Timoth. 5. Qui bene praesunt presbyteri &c. dicitur Augustinus. Accipiant sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a Domino.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in casu necessitatis, quilibet potest baptizare. Et quia nullo modo est peccatum, pro eodem est habendum, si sacerdos absque pretio baptizare non velit, ac si non esset qui baptizaret. Vnde ille qui gerit curam pueri, in tali casu licite potest eum baptizare: vel a quocumque alio facere baptizari. Possent tamen licite aquam a sacerdote emere, quae est purum elementum corporale. Si autem esse adultus

citum pro sacramentis pecunia dare. Baptismus enim est ianua sacramentorum, ut in 3. parte dicitur: sed licet, ut videtur, in aliquo casu dare pecuniam pro baptismo, puta, quando sacerdos puerum morientem sine pretio baptizare non vellet, ergo non semper est illicitum emere, vel vendere sacramenta.

¶ 2. Præter maximum sacramentorum est Eucharistia, quae in Missa consecratur: sed pro missis celandis aliqui sacerdotes praebendam, vel pecuniam accipiunt. ergo licet multo magis alia sacramenta emere, vel vendere.

¶ 3. Præter sacramentum poenitentiae est sacrum necessitatis, quod praecipue in absolutione consistit: sed quidam absoluentes ab excommunicatione, pecuniam exigunt, ergo non semper est illicitum sacramentum emere, vel vendere.

¶ 4. Præter consuetudo facit ut non sit peccatum id quod alias peccatum esset, sicut Augustinus dicit, quod habet plures uxores, quando mos erat, crimen non erat: sed apud quosdam est consuetudo, quod in consecrationibus episcoporum, benedictionibus abbatum, & ordinibus clericorum pro christumate, vel oleo sancto, & alijs huiusmodi, aliquid detur. ergo videtur, quod hoc non sit illicitum.

¶ 5. Præter contingit quod aliquis malitiose impedit aliquem vel ab episcopatu obtinendo, vel ab aliqua alia dignitate: sed licet vnique redimere suam vexationem, ergo licitum videtur in tali casu pecuniam dare pro episcopatu, vel aliqua alia ecclesiastica dignitate.

¶ 6. Præter Matrimonium est quoddam sacramentum: sed quadoque datur pecunia pro matrimonio, ergo licitum est sacrum vendere.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. q. 1. Qui pro pecunia quaequam consecrauerit, alienus sit a sacerdotio.

hmo pacto interueniente fiat, aut etiam cum intentione emptio, vel venditionis, simonia esset. Pro parte autem affirmatiua putatur consuetudo ab Ecclesia approbata, ut videlicet sacerdotes femur pro annuo alicui capelle, pacto conueniunt de annua quantitate pecuniae. Non desunt quoque praedicatorum, qui quantum eis pro quadragesima solendum est, intelligere cum pacto velle stipendium sustentationis, non est velle temporale pro spirituali, ergo ex pacto velle tale stipendium, non est vendere spiritualia, non ergo est illicitum. Prima consequentia patet: quia pactura non mutat materiam actum. Eadem namque est materia donationis & venditionis si uas argenteum dono datur, vel venditur. Et propterea, si absolute velle stipendium sustentationis, non est velle temporale pro spirituali, ergo velle idem ex pacto, non est velle temporale pro spirituali, quod esset vendere. Secunda vero consequentia patet, quia non alia ratione hoc esset illicitum, nisi quia esset simonia, videlicet, velle temporale pro spirituali. Sublata ergo hac mali ratione, relictum quod non sit illicitum.

Dubium secundo occurrit, an in huiusmodi spiritualibus liceat vendere laborem personale, & locare operas suas sub pretio pacto. Et est ratio dubij, quia pars affirmatiua fouet ex hoc, quod labor corporeus, & similiter opera corpora non sunt de genere spiritualium, sed temporalium: vendere autem, aut locare temporalia, nullum peccatum est. Et confirmatur, quia si hoc est illicitum ex suo genere, non erit licitum in aliquo spirituali, & illicitum in aliquo alio spirituali, sed in toto genere spiritualium hoc erit licitum, aut illicitum: sed experientia teste constat in multis spiritualibus esse hoc licitum. Nam sacerdos licite locat operas suas in celebrando ter in hebdomada, & huiusmodi. Et laborem quem sustinere debet eundo in utiliam ad celebrandum, licite sub pretio ponit. Doctor quoque theologiae videtur operas suas & laborem, sicut & aduocatus in ius patronatus. In alijs igitur spiritualibus, cum non sint istis spiritualiora, licitum erit.

Partem vero negatiuam probant duo. Primum, quia cum omnia ecclesiastica, quae spiritualia dicuntur, ut sacramentorum administratio, sacrificium missae, praedicationis, diuinaeque cultus, consistunt ex diuino, videlicet ex spirituali, & temporalis, nam spirituale in eis est gratia, veritas & caritas, temporale vero est actio humana, si licitum est vendere, aut locare ecclesiastica venalia licita essent, absolute loquendo: Ita quod sicut licitum est vendere calicem ratione materiae, ita proportionaliter licitum erit vendere omnia huiusmodi spiritualia ratione actionis humanae.

Et confirmatur ex diffinitione simoniae, in qua ponitur vendere annexa spiritualibus. Constat autem quod magis annexa sunt spiritualibus simultanea, quam illa, ad quae spiritualia se habent antecedenter: sed actio humana in istis est simul cum spiritualibus, ergo est magis inuendibilis, quam beneficium ecclesiasticum, ad quod spirituale se habent antecedenter, & dicitur omnino inuendibile. Secundum est, quia nisi fiat differentia inter stipendium sustentationis, & venditionem laboris, seu locationis

Secunda secunda S. Tho. II operantur

Super Questionis centesima Articulum secundum terminum, & quartum.

Narric. 2.3. & 4. similia dubij occurrunt. An stipendium sustentationis sub pacto ponere liceat sacerdotibus, praedicatoribus, diuinis, cultus ministris. Et est ratio dubij, quoniam omnia iura clamant, pacta ab huiusmodi extrinsecis, & pueritia si fiat. Et in littera expresse dicitur in ar. 3. in responsione ad primum, si hmo pacto interueniente fiat, aut etiam cum intentione emptio, vel venditionis, simonia esset. Pro parte autem affirmatiua putatur consuetudo ab Ecclesia approbata, ut videlicet sacerdotes femur pro annuo alicui capelle, pacto conueniunt de annua quantitate pecuniae. Non desunt quoque praedicatorum, qui quantum eis pro quadragesima solendum est, intelligere cum pacto velle stipendium sustentationis, non est velle temporale pro spirituali, ergo ex pacto velle tale stipendium, non est vendere spiritualia, non ergo est illicitum. Prima consequentia patet: quia pactura non mutat materiam actum. Eadem namque est materia donationis & venditionis si uas argenteum dono datur, vel venditur. Et propterea, si absolute velle stipendium sustentationis, non est velle temporale pro spirituali, ergo velle idem ex pacto, non est velle temporale pro spirituali, quod esset vendere. Secunda vero consequentia patet, quia non alia ratione hoc esset illicitum, nisi quia esset simonia, videlicet, velle temporale pro spirituali. Sublata ergo hac mali ratione, relictum quod non sit illicitum.

Est Aug. lib. de Pastor. c. 2. cir. si. to. 9.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN



operarum, sicut aduocato, & doctore quantuq; diuitij, licet vendere suum docere & patrocinari: ita sacerdotibus, praedicatoribusq; diuitibus licitum erit locare suas operas, vendere suos labores, ac per hoc non sustentationis gratia, sed mercedis titulo a populo temporalia suscipere, & consequenter omnia iura ruet.

Ad euentiam horum sciendum est, quod inter stipendij sustentationis, & stipendij locatarum operarum haec est differentia, quod stipendij locatarum operarum habet rationem mercedis, iuxta illud Math. 23. Voca operarios, & redde illis mercedem. Stipendium autem sustentationis non habet rationem mercedis, sed subventionis necessariae, vel commo de ministris. Et ex hoc sequitur, quod qui dat aliquid temporale, puta, pecuniam ministris Ecclesiae pro sustentatione eorum, non dat pecuniam pro pretio operarum, aut laboris eorum, sed solum dat ut se sustentent in victu, & vestitu &c. vt sic habentes alimentum, & qui bus tegantur, vacent ecclesiasticis officijs gratis. Qui vero dat aliquid temporale eidem pro locatis operis mercedem debitam, reddit quasi pretium laboris, & operarum eorundem, vt ipsum locationis nomen ostendit. Ex hoc autem quod stipendium sustentationis concurrit vt necessarium, sine quo non potest minister, salua sui status honestate, diuina exercere officia, sequitur, quod potest sub pacto poni stipendium sustentationis, non minus quam reliquorum opportunum ad diuina seruitia prouiso. Sicut, calicis, sacrarum uestium, & huiusmodi: ita quod sicut sacerdos celebraturus ad infantiam aliquam, potest sub pacto ponere, quod vocans eum prouideat de calice, altari, vestibus sacris, & huiusmodi, sine quibus non potest celebrare: ita potest sub pacto ponere sustentationem suam, sine qua non potest in sacerdotij ministerio deseruire, & in hoc nulla simonia interuenit. Aduertenda tamen sunt hic duo. Primo, quod sustentationis nomine non tantum uenitibus, & porus, sed quicquid est necessarium ad victum & vestitum sui, & eorum, quorum sibi cura incumbit. Non enim debet mendicare sacerdos pro sustentatione suorum, aut parentum antiquorum, aut paruulorum, ne potum suae cura secundum naturae iura relictorum, & huiusmodi. Secundo, quod sustentationis stipendium dupliciter potest obtineri, primo, gratuite, vel ex autoritate superioris: & sic non exigit necessitatem in eo, in cuius sustentationem datur, vt patet ex eo quod episcopo ditissimo uisitati debetur qm iura procuratio. Alio modo, ex pacto: & sic non nisi pauperi iudicenti sustentationis stipendio licite proueniri potest: qm sacerdos habes vn fm suum statum honeste uiuat, si ex pacto uult stipendium sustentationis, conuenitur qd mendax est, conueniendo de stipendio vt necessario, sine quo non potest comode in sacerdotio seruire, qm sine illo stipendio potest hoc comode facere. Vnde conuenitur quod conuenit non de stipendio sustentationis, sed de stipendio operarum suarum: quod an liceat, in sequenti tractabitur dubio. In hoc siquidem primo dubio de solo stipendio sustentationis est sermo.

In corp. ar.

In corp. art. & 3. 2. q. 97. ar. 3.

Ad obiecta autem in oppositu diuina sub pacto, dupliciter potest intelligi. Primo videlicet dicit, Ego uolo tantam pecuniam ministrare. Et haec pacta sunt phibita, & re, & in littera. Alio modo, secunda

fm illud Apo. Ad Thess. v. ab omni specie mala abstinete uos.

Ad quintum dicendum, quod antequam alicui acquiratur in episcopatu, uel quacumq; dignitate, uel praebenda, per electionem, uel prouisionem, seu collationem, simonia est aduersarij oblatio pecuniae redimere, si enim per pecuniam pararet sibi uiam ad se spirituale obtinendam: sed postquam alicui acquisitum est, licet per pecuniam iniusta impedimenta remouere.

Ad sextum dicendum, quod dicitur qd pro matrimonio licet pecunia dare, quia in eo non conuertitur gratia: sed hoc non est utique: quia uerum, ut in 3. parte huius operis dicitur. Et ideo aliter dicitur est, quod matrimonium non solum est Ecclesiae sacramentum, sed est naturae officium. Et ideo dare pecuniam pro matrimonio, in quantum est naturae officium, licitum est: in quantum uero est Ecclesiae sacramentum, est illicitum, & ideo dicitur iura phibetur, ne pro benedictione nuptiarum aliquid exigatur.

ARTICVLVS III.

Vtrum liceat dare, & accipere pecuniam pro spiritualibus actibus.

Ad tertium sic proceditur. Vt, qd licitum sit dare, & accipere pecuniam pro spiritualibus actibus. Vt in 9. prophetiae est spiritualis actus: sed p uia prophetiae olim aliquid dabatur, ut patet Reg. 9. & 3. Reg. 13. ergo videtur quod liceat dare, & accipere pecuniam pro actu spirituali.

Pr. Oratio, praedicatione, laus diuina

Corin. 9. dicit. Quis inquit in his diebus militare in ecclesiastica militia? de sui operis stipendio pacifice, sine sustentatione Apostoli. & confirmatur: cum Dicitur in opere loquens. Dicitur de deo operis laboris; humani in ecclesiastica de operis laboris; humani in ecclesiastica de operis laboris; humani in ecclesiastica

Ad quartum dicendum, quod sicut dicitur est, consuetudo non praedicit iuri naturali, vel diuino quo simonia prohibetur. Et ideo si aliqua ex consuetudine exigantur quasi pretij rei spiritualis cum intentione emendi, vel vendendi, est manifeste simonia, & precipue si ab inuito exigantur. Si uero exigantur quasi quaedam stipendia pro consuetudine approbata, non est simonia, si tamen desit intentio emendi, vel vendendi, sed intentio referatur ad solam consuetudinis obseruationem, & praecipue quando aliquis uoluntarie soluit. In his tamen omnibus sollicitudinem cauendum est, quod habet speciem simoniae, vel cupiditatis,



principale questum est spirituale, non possit sub pacto  
 conclusionis ratio est vna: quia accessorium  
 sequitur principale, ita quod non estimatur vtrouique illud ac-  
 cessorium, sed concurrunt concomitanter ad principale.  
 Ex his autem duabus conclusionibus reddenda est ratio om-  
 nium obiectum, &  
 accidentum hinc, &  
 inde. Ex his. n. pa-  
 reo primo, quare can-  
 ones pro capellis Pa-  
 pae, dominorum, &  
 ecclesiarum, sicut, &  
 ecclesiarum licite ex pa-  
 locante operas  
 que quoniam princi-  
 pale in eis questum  
 opera humana,  
 in spirituale quid:  
 in operibus huma-  
 nis ad spiritualia con-  
 uertuntur. Queritur. n.  
 an de voce, artis opus,  
 per huiusmodi, et se-  
 parata ac temporalia  
 sunt.  
 Quare secundo, qua-  
 re aduocatus, que do-  
 ctore cuiuscumque  
 facultatis licite ven-  
 dunt operas suas: quo-  
 niam principale in eis  
 questum est huma-  
 num auxilium vel ad  
 salutem, vel ad scien-  
 tiam. Iustum siquidem  
 mercedem in operem  
 vendere temporalem est  
 inuendibilem pecunia: &  
 doctor operem tempo-  
 ralem magis iure  
 ad discipulo declaran-  
 do applicando &c.  
 Quare tertio, quare  
 pro celebratione, pro  
 oratione, pro sacra-  
 mentorum admini-  
 stratione, pro officio  
 iudicis, seu mortuo-  
 rium, pro predica-  
 tione, pro oleo san-  
 cto, pro chrismate,  
 pro benedictione nu-  
 merum, non est li-  
 citum pacisci, quia  
 licet principale in  
 istis questum, est  
 spirituale. Et quic-  
 quid temporale in  
 istis interuenit, non  
 estimatur nisi ratio-  
 ne spiritualis. Ven-  
 ditamen quia in his,  
 que sunt per acci-  
 dens, contingit etiam sapientes falli, ut dicit Aristoteles. ideo aduer-  
 tendum est, quod aliud est loqui de celebratione mixta absolu-  
 te, & aliud est loqui de obligatione ad celebrandum missam in  
 tali loco, totiens in hebdomada, tali hora, & huiusmodi. Ille  
 namque conditiones per accidens iunguntur, & sunt tempora-  
 les, & propterea possunt sub pacto poni. Ita quod licet sacerdos  
 non possit locare actionem suam, quam celebrando, predicando,  
 ministrando sacramenta &c. exercere: quoniam, ut dictum est,  
 ratione spiritualis, quod principaliter queritur, estimatur & appre-  
 tur: potest tamen locare, seu vendere obligationem suam ad perso-  
 nam suam continentem, vel presentandam in tali loco totiens in  
 hebdomada, tali tempore &c. quoniam hac temporalia sunt, &  
 impedimenta propria libertatis notabiliter, & per accidens sunt  
 commoda actui celebrationis, & huiusmodi. Non sic autem est  
 in eo qui non se locat, sed ipse quando occurrit celebrare: quoniam  
 hic notabile temporale interuenit per accidens in se ipso ce-  
 leberrante, & propterea de spirituali pactum faceret, si conueni-  
 ret de pretio. Quia igitur in istis mensuris, vel annis obligatio-  
 nibus ad celebrandum, & huiusmodi, interuenit hac tempo-  
 ralia accidentia: ideo dicuntur licite locare operas suas, quod  
 non admittitur de non obligatis ad hac accidentia. Unde ad

**A** obiectiones in oppositum dicitur singillatim. Ad primam di-  
 citur, quod licet tam labor, quam opera humana in sacramen-  
 torum administratione sit aliquid temporale, quia tamen ratio  
 estimationis eorum est id quod est spirituale, non licet illa ven-  
 dere, ut patet de oleo sancto, & chrismate. Quodlibet enim  
 eorum est aliquid tem-  
 porale: quia tamen  
 non estimatur nisi  
 ratione spiritualis,  
 ideo non licet ea ven-  
 dere.  
 Ad secundam di-  
 citur, quod ratio di-  
 uersitatis est mani-  
 festa, quia scilicet in  
 quibusdam princi-  
 pale estimatum est  
 temporale, in qui-  
 busdam est spiritua-  
 le. Et de sacerdote  
 locante se, iam di-  
 ctum est. De labore  
 uero, quem quis sus-  
 tineat ad itinerandum  
 ad locum celebratio-  
 nis, uel predicationis,  
 non est ad propo-  
 situm; quoniam  
 est per accidens, &  
 potest sub pretio pon-  
 i, sicut & expensa,  
 que in itinere sunt.  
 Labor autem, qui in  
 ipsa celebratione, &  
 predicatione inter-  
 uenit, pars est cele-  
 brationis, & predi-  
 cationis per se: quo-  
 niam spiritualia per  
 tales actus huma-  
 nos dispensat Deus.  
 Doctor quoque theo-  
 logie in hoc differt  
 a predicatore, quod  
 doctor queritur pro  
 per temporale auxi-  
 lium in theologia, si-  
 cut in ceteris scien-  
 tijs: predicator au-  
 tem solum propter  
 spirituales opem,  
 quasi predicator sit  
 instrumentum Spiritus  
 sancti ad purgan-  
 dum, illuminandum,  
 perficiendumque ho-  
 mines secundum ado-  
 ptionis gratiam. Un-  
 de nullus potest pre-  
 dicare nisi missus,  
 iuxta illud ad Rom.  
 10. Quomodo pre-  
 dicabunt, nisi mit-  
 tatur? Et ideo non potest predicator  
 labore suo in predicando. Quamuis ad hoc etiam sit alia  
 ratio ex eadem autoritate, quia scilicet quilibet predicans,  
 predica: ex officio delegationis: & propterea debet esse con-  
 tentus stipendijs taxatis a delegante, scilicet stipendio sustentationis,  
 & non potest iterum locare se populo, qui semel locauit  
 se deleganti. Non spectat tamen ad simoniacum uitium, quod  
 predicator aliquis libentius in loco, ubi maiorem scit taxatam  
 elemosynam quam alibi predicet, sed spectat ad charitatis  
 defectum, quo quis magis temporalium, quam spiritualium  
 profectum intendit. De aduocato quoque iam dictum est, quod  
 temporale auxilium intelligitur vendere: & ideo cum ferunt  
 magnum auxilium ex magno consilio ad magnam causam, uolunt  
 sibi multum solui, & merito: quia tantum ualet tam ra-  
 tum auxilium, tot uigilijs, laboribus, expensisque compara-  
 tum. Et per hanc patet responsio ad motum alterius opinionis,  
 nisi ad autoritates Apostoli, & Domini. Ad quarum primam  
 dicitur, quod tam Apostolus, quam Dominus de stipendio sus-  
 tentationis loquitur, ut patet ex conclusione Apostoli, uide-  
 licet quod licet uiuere de Euangelio. Et hoc Dominum ordi-  
 nasse ipse sibi Apostolus testatur, declarans quomodo uerba illa  
 Secunda Secunda S. Thomae. 11 2 Domi-

Post me-  
 dium com-  
 mentarij ad  
 3. capit. Mi-  
 chae, te-  
 mo 6.







ARTICVLVS IIII.

Utrum sit licitum pecuniam accipere pro his que sunt spiritualibus annexa.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, qd licitum sit pecuniam accipere p his, que sunt spiritualibus annexa. Omnia n. temporalia videtur spiritualibus esse annexa, quia temporalia sunt propter spiritualia querenda. Si ergo non licet vendere ea, que sunt spiritualibus annexa, nihil temporale vendere licebit, qd patet esse falsum.

¶ 2. Preter. Nihil videtur magis esse spiritualibus annexum, quam uasa consecrata: sed calicem licet vendere pro redemptione captiuorum, ut Ambr. dicit. ergo licitum est uendere ea, que sunt spiritualibus annexa. ¶ 3. Preter. Spiritualibus annexa dicuntur ius sepulture, ius patronatus, & ius primogeniture secundum antiquos, quia primogeniti ante legem sacerdotis officio fungebantur, & etiam ius accipiendi decimas: sed Abraham emit ab Ephron speluncam duplicem in sepultura, ut habetur Gene. 23. Iacob autem emit ab Esau ius primogeniture, ut habetur Gen. 25. Ius et patronatus transit cum re uendita, & in feudum conceditur: decime etiam concessa sunt quibusdam militibus, & redimi possunt: prelati etiam interdum retinent sibi ad tempus fructus prebendarum, quas conferunt, cum tamen prebende sint spiritualibus annexa. ergo licet emere, & vendere ea, que sunt spiritualibus annexa.

SED CONTRA est, qd dicitur Paschalis Papa, & habetur 1. q. 3. ca. Si quis obicit. Quisquis horum alterum vendit, sine quo nec alteri prouenit, neutrum in uenditū dare linquit. Nullus ergo emit Ecclesiam, vel prebendam, vel aliquid ecclesiasticum.

RESPON. Dicendum, qd aliquid potest esse annexum spiritualibus dupliciter. Vno modo, sicut ex spiritualibus dependens, sicut habere beneficium ecclesiasticum, & spiritualibus annexum, quia non competit nisi habenti officium clericale: vnde homo nullo modo possunt esse sine spiritualibus. Et propter hoc, ea nullo modo vendere licet, quia eis uenditis intelliguntur, et spiritualia uenditioni subiacent. Quaedam autem sunt annexa spiritualibus, in quantum ad spiritualia ordinantur: sicut ius patronatus, quod ordinatur ad presentandum clericos ad ecclesiastica beneficia, & uasa sacra, que ordinantur ad sacramentorum usum: unde homo non pre-suppo-

nit spiritualia, sed magis ea ordine temporis precedunt. Et ideo aliquo modo uendi possunt, non autem in quantum sunt spiritualibus annexa.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd omnia temporalia annexa sunt spiritualibus, sicut fini. Et ideo ipsa quidem temporalia vendere licet, sed ordo eorum ad spiritualia sub uenditione cadere non debet.

AD SECUNDVM dicendum, qd et uasa sacra sunt spiritualibus annexa, sicut fini; & ideo eorum consecratio uendi non debet. Tamen pro necessitate Ecclesie & pauperum, materia eorum uendi potest, dummodo premissa oratione prius confringantur: quia post consecrationem non intelliguntur esse uasa sacra, sed purum metallum. Vnde si ex eadem materia similia uasa iterum integrarentur, indigerent iterum consecrari.

AD TERTIVM dicendum, quod spelunca duplex, quam Abraham emit in sepultura, non habetur qd erat terra consecrata ad sepelendum: & ideo licebat Abraham terram illam emere ad usum sepulture, ut ibi institueret sepulcrum: sicut etiam nunc licet emere aliquam agrum communem ad institendum ibi cimiterium, uel etiam Ecclesiam. Tamen quia apud gentes loca sepulture deputata, religiosa reputantur, si Ephron pro loco sepulture intendit pretium accipere, peccauit uendens, licet Abraham non peccauerit emens: quia non intendebat emere nisi terram communem. Licet n. etiam nunc terram, ubi quondam fuit Ecclesia, uendere, aut emere in casu necessitatis, sicut & de materia sacrorum uasorum dictum est. Vel excusatur Abraham, quia in hoc redemit suam uexationem. Quamuis enim Ephron gratis ei sepulcrum offerret, perpendit tamen Abraham, qd gratis recipere sine eius offensa non posset. Ius autem primogeniture debebatur Iacob ex diuina electione, secundum illud Malach. Iacob dilexi. Esau autem odio habuit: Et ideo Esau peccauit, primogenita vendens: Iacob autem non peccauit emendo, quia intelligitur suam uexationem redemisse. Ius autem patronatus per se uendi non potest, nec in feudum dari, sed transit cum uilla, que uenditur, uel conceditur. Ius autem spirituale accipiendi decimas non conceditur laicis, sed tantummodo res temporales, que nomine decimarum dantur, ut supra dictum est. Circa colationem uero beneficiorum sciendum est, quod si episcopus ante quam beneficium alicui conferat,

uoluerit suam uexationem illo tempore, quo commode possit uti iniquitate alterius ad sui iuris consecutionem. Vnde licet Esau peccauerit, ut non solum litera dicit, sed Apostolus ad Heb. 12. dicens, Ne quis fornicator, aut prophanus ut Esau qui propter unam escam uendidit primitiuam: Iacob tamen excusatur, & primo ab inhumanitate, tum quia Esau non necessitatus, sed delectationis causa motus uidetur: tum quia prudentis uiri est, negare aliquid occupatori iuris sui, quando sperat ex huiusmodi negatione rehabere quod suum est. Secundo, excusatur ab inactione ad peccatum, non minus quam offerens pecuniam occupatori sui beneficii ecclesiastici. Non est enim hoc inducere ad peccatum, sed non solum parato, uerum actualiter peccanti detinendo maius offerre redemptionem secundum ueritatem, quamuis secundum modum loquendi, & secundum intentionem alterius sit aliud. Vnde dicitur Iacob, Vende mihi primogenita, sensus erat, Da mihi primogenita, que in ueritate sunt mea, ex quo non uis gratis dare, offero prandium &c.

In hoc enim sensu intelliguntur omnes redemptiones uexationum. Inueniuntur namque in qualibet redemptione duo. Alterum licitum, quod petit redemptor, puta a, dari sibi uicam, libertatem, ius, beneficium &c. Alterum, iniquum, quod non petit, sed patitur redemptor, quamuis per modum petentis se habeat: quia offert materiam illius iniquitatis parato ad iniquitatem illam uel maiorem, uel forte non minorem, quam sit acceptio pretii. Non enim qui redimit fratrem, aut filium a latrone, petit ut accipiat latro tantum pecuniam, quasi hoc uolens, sed offert pecuniam patiens, ut latro illam accipiat, qui paratus

paratus

paratus

paratus

paratus

paratus

paratus

paratus

paratus

paratus

paratus

paratus

paratus

D. 127.

D. 135.

D. 5.

In solu. p. 2. ccd. arg.

Q. 88. ar. 5.

Secunda Secundae. S. Thomae.



paratur est detinere hominum, & sic de alijs. Non induit ergo Jacob Elau ad peccandum, qui secum rem occupator erat primogenituræ, & sic erat vexator, & tenebatur renuntiare, quia tenebatur obedi re diuine ordinationi de iure primogenituræ: sed ipse Elau occasionem peccandi ex verbis Jacob accepit. Nec obstat si dicatur, quod Elau credebat primogenita esse sua iustus diuine ordinationi s. q. Jacob sciebat, vt cre ditur, quoniam etiã si sciuisset Elau diuinam ordinationem, non propterea cessisset, sed in aucupatione persequeretur, vt patet ex eo, quod cogitã post paterna ordinatione, de eadẽ re, dixit. Veniẽs dies lucus patris mei, & interficiã Jacob, Gene. 27. Licuit ergo redimere vexationẽ suã ab ignorante tãtõ magis, quantõ minus peccandi occasio nem accipit ignoras se possidere alienum, quã sciens.

4. dist. 35. q. 3. ar. 3. l. 1. cap. 57. in princ.

¶ Super Questioni centesima Articuli quintum.

¶ In art. 3. in respon sione ad 3. dubium occurrit, An preces beneficii cum cura animarum pro ipso petente, sint preces pro indigno. Et est ratio dubij diuersitas opinionum.

¶ Ad hoc, licet di uerfi diuersa scripserint, vt habes a do mi no Ioanne de Turre cremata super Decr. in q. 7. c. Ordinationes. in ar. 3. totã tamẽ ambiguitas ad hoc deducitur, An. s. in hu iusmodi petitione in terueniat præstiorio nis vitium, ita quod si præsumptio interuenit in petẽdo, preces sint pro indigno. Si non interuenit præsumptio in petẽdo, preces, p seipso alias digno, non sunt pro indigno. Et hoc satis in litera insinuat, cum dicit, Ex ipsa præsumptione redditur indignus. An autẽ peti tio ipsa simpliciter vel regulariter præsumptio sit, uiden dum est. Et sic sum marie dicenda occur

Habetur i. q. 3. ca. Saluater, ante medium.

Art. 2. huius quæst.

ob aliquam causam ordinaverit aliquid subtrahendum de fructibus beneficii conferendi, & in pios usus expendendum, non est illicitum. Si verò ab eo cui beneficiũ confert, requirit aliquid sibi exhiberi de fructibus illius beneficii, idẽ est ac si aliqd munus ab eo exigeret, & non caret vitio simoniæ.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum liceat spiritualia dare pro munere quod est ab obsequio, uel a lingua.

AD QUINTVM sic proceditur. ¶ Vt, q. liceat spiritualia dare pro munere, quod est ab obsequio, uel a lingua. Dicitur. \* Greg. in registro. Ecclesiasticis utilitatibus seruientes ecclesiastica dignũ est remuneratõe gaudere: sed deseruire ecclesiasticis utilitatibus pertinet ad munus ab obsequio. ergo vbi quod licitũ sit pro obsequio accipere ecclesiastica beneficia largiri. ¶ 2 Præt. Sicut carnalis vñ esse in tentio, si quis alicui det beneficiũ ecclesiasticũ pro suscepto beneficio, ita etiã si quis det inuitu cõ sanguinitatis: sed hoc nõ videt esse simoniacũ, quia nõ est ibi emptio & uenditio. ergo nec primũ. ¶ 3 Præt. Id quod solum ad preces alicuius fit, gratis fieri videt: & ita non videtur locum habere simonia, quã in emptione, vel venditione consistit: sed munus a lingua intelligit, si quis ad preces alicuius ecclesiasticũ beneficiũ conferat. ergo hoc nõ est simoniacũ. ¶ 4 Præt. Hypocritæ spiritualia opera faciunt vt laudem humanam consequantur, quã ad munus linguæ pertinere uidentur: nec tamen hypocritæ dicuntur simoniaci. non ergo per munus a lingua simonia contrahitur.

¶ Sed contra est, qdã Vrbanus Papa dicit. Quisquis res ecclesiasticas nõ ad quod institutæ sunt, sed ad ppria lucra munere ligue uel obsequij, vel pecuniæ largit, vel adipiscitur, simoniacus est.

RESPON. Dicendũ, qd sicut supra dictũ est, nomine pecuniæ intelligitur cuiuscũq; pretiũ, qd pecunia mēsurari potest. Manifestũ est autẽ qd obsequiũ hominis ad aliquam utilitatẽ ordinatur, quã potest pretio pecuniæ estimari: vnde pecuniaria mercede ministri cõducuntur. Et ideo idẽ est, quod aliquis det rem spirituale pro aliquo obsequio tēporali exhibito, vel exhibẽdo, ac si daret pro pecunia data vel pmissa, quã illud obsequiũ estimari possit. Similiter et qd aliquis satisfaciã precibus

alicuius ad tēporalem gratiã querendam, ordinatur ad aliquã utilitatẽ, quã potest pecuniæ pretio estimari. Et ideo sicut cõtrahitur simonia accipiendo pecuniã, vel quamlibet aliam rem exteriõrẽ, quod pertinet ad munus a lingua: ita etiam contrahitur per munus a lingua, uel ab obsequio.

AD PRIMVM ergo dicendũ, qd si alicui clericus alicui plato impendat obsequium honestũ ad spiritualia ordinatũ, pura, ad Ecclesiæ utilitatẽ, vel ministrorũ eius auxiliũ, ex ipsa deuotione obsequij redditur dignus Ecclesiastico beneficio, sicut & ppter alia bona opera: vnde non intelligitur esse munus ab obsequio, & in hoc casu loquitur Grego. Si verò sit inhonestum obsequiũ, vel ad carnalia ordinatum, puta, quia seruiuit pralato ad utilitatẽ cõ sanguineorum storum, vel patrimonij sui, vel aliquid hu iusmodi, erit munus ab obsequio, & est simoniacum.

AD SECVNDVM dicendũ, quod si alicuius aliquid spirituale alicui conferat gratis propter cõ sanguinitatẽ, vel quamcũque carnalem affectionem, est quidẽ illicita & carnalis collatio, non tamen simoniaca: quia nihil ibi accipitur. Vnde hoc non pertinet ad contractum emptionis & venditionis, in quo fundatur simonia. Si tamen aliquis dat beneficiũ ecclesiasticũ alicui hoc pacto, ut intentionẽ, vt cor inde suis cõ sanguineis prouideat, est manifesta simonia.

AD TERTIVM dicendũ, quod munus a lingua dicitur uel ipsa laus pertinens ad fauorẽ humanum, qui sub pretio cadit, uel de preces, ex quibus acquiritur fauor humanus, vel contrariũ euitũ: & ideo si aliquis principaliter ad hoc intendit, simoniam committit. Videtur autem hoc principeliter intendere, qui preces pro indigno porrectas exaudit: vnde ipsum factum non est simoniacum. Si autẽ preces pro digno porrigatur, ipsi factũ nõ est simonia: quia subest debita causa, ex qua illi, pro quo preces porriguntur, spiritualia aliquid conferuntur: tamen potest esse simonia in intentione, si non attendatur ad dignitatẽ personæ, sed ad fauorẽ humanum. Si verò aliquis pro se ipso ipsa p̄sumptione redditur indignus: & sic preces sunt pro indigno. Licite tamẽ potest esse aliquis fit in dignis, pro se beneficiũ ecclesiasticũ petere sine cura animarum



AD QUARTVM dicendum, qd hypocrita non dat aliquid spirituale propter laudem, sed solum demonstrat, & simulando magis furtive surripit laudem humanam, quam emat. Vnde non videtur pertinere ad vitium simoniae.

ARTICVLVS VI.

Vtrum sit conueniens simoniae pena, ut priuetur eo, quod per simoniam acquisiuit.

AD SEXTVM sic procedit. Videtur, qd non sit conueniens simoniae pena, ut priuetur eo quod per simoniam acquisiuit. Simonia enim committitur ex eo, qd aliquis muneris interuentu spiritualia acquiruntur: sed quaedam sunt spiritualia, quae semel adepta non possunt amitti, sicut omnes characteres, qui per aliquam consecrationem imprimuntur. ergo non est conueniens pena, ut quis priuetur eo, quod simoniae acquisiuit.

¶ 1. Præ. Contingit quandoque, quod ille, qui est episcopus per simoniam adeptus, precipiat subdito, ut ab eo recipiat ordines, & videtur quod ei debeat obedire quoad ab Ecclesia toleratur: sed nullus debet aliquid recipere ab eo, qui non habet potestatem conferendi. ergo episcopus non amittit episcopalem potestatem, si ea simoniae acquisiuit.

¶ 2. Præ. Nullus debet puniri pro eo, quod non est facti eo sciēte, & uolente, quia pena debet peccato, quod est voluntarium, ut ex supra dictis patet. Contingit autem quoad quod, qd aliquis simoniae consequitur aliquid spirituale procurantibus alijs, eo nesciente & nolente, ergo non debet puniri per priuationem eius, quod ei collatum est.

¶ 3. Præ. Nullus debet portare commodum de suo peccato: sed si ille qui consecutus est beneficium ecclesiasticum per simoniam, restitueret quod percepit, quandoque hoc redundaret in utilitatem eorum, qui fuerunt simoniae participes, puta, quando praelatus, & totum collegium in simoniam consensit. ergo non semper est restituendum, quod per simoniam acquiruntur.

¶ 4. Præ. Quandoque aliquis per simoniam in aliquo monasterio recipitur, & voti solene ibi facit, pro fito: sed nullus debet absolui ab obligatione voti propter culpam commissam. ergo non debet monachus, quod simoniae acquisiuit, amittere.

¶ 5. Præ. Exterior pena in hoc modo non infligitur pro interiori motu cordis, de quo soli dei est iudicium.

dicare: sed simonia committitur ex sola intentione, uel uoluntate, unde & per uoluntatem diffinitur, ut dictum est. ergo non debet aliquis priuari eo, quod simoniae acquisiuit.

¶ 7. Præ. Multo maius est promoueri ad maiora, quam in susceptis permanere: sed quandoque simoniae ex dispensatione promouetur ad maiora. ergo non semper debent susceptis priuari.

SED CONTRA est, quod dicitur \* 1. q. 1. c. Si quis episcopus. Qui ordinatus est, nihil ex ordinatione, uel promotione quae est per negotiationem facta, proficiat: sed sit alienus a dignitate, uel sollicitudine, quam pecunijs acquisiuit.

RESPON. Dicendum, quod nullus potest licite retinere id, quod contra uoluntatem domini acquisiuit, puta, si aliquis dispensator de rebus domini sui daret alicui contra uoluntatem, & ordinationem domini sui, ille qui acciperet, licite retinere non posset. Dominus autem, cuius ecclesiarum praelati sunt dispensatores, & ministri, ordinauit ut spiritualia gratis darentur, secundum illud Math. 10. Gratis accepistis, gratis date. Et ideo qui muneris interuentu spiritualia quaerit, acquiritur, ea licite retinere non potest. Insuper autem simoniae tantum uendentes, quam ementes spiritualia, aut et mediatores, alijs poenis puniuntur scilicet infamia, & depositione, si sint clerici: & excommunicatione, si sint laici, ut habetur \* 1. q. 1. c. Si quis episcopus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ille qui simoniae recipit sacrum ordinem, recipit quidem characterem ordinis propter efficaciam sacramenti, non tamen recipit gratiam, neque ordinis executionem, eo quod quasi furtive suscepit characterem contra principalis domini uoluntatem: & ideo est ipso iure suspensus & quoad se, ut de executione sui ordinis se non intromittat, & quoad alios, ut si nullus ei communicet in ordinis executione siue sit peccatum eis publicum, siue occultum. Nec potest repetere pecuniam, quam turpiter dedit, licet alius iniuste detineat. Si uero sit simoniacus, quia contulit ordinem simoniae, uel quia dedit, uel recepit beneficium simoniae, uel fuit mediator simoniae: si est publicum, est ipso iure suspensus & quoad se, & quoad alios: sed quando est occultum, est suspensus ipso iure quoad se tantum, non autem quoad alios.

AD SECVNDVM dicendum, quod nec propter preceptum eius, nec etiam

beneficio simoniace acquiruntur. Et est textus juris extra, de simonia cap. Mandat: unde auctor responsionem hanc accipit. Pro parte uero negatiua est ratio, quia regula generalis est, quod quando tam dare, quam accipere aliquod temporale est iniustum, non potest sic acquisitum retineri cum bona conscientia, ut patet superius in q. 3. art. 7. Constat autem quod in acquisitione ex mente simoniaca, utrimque tara dare quam accipere est iniustum: quia ille illicite ex mere simoniaca dat beneficium, seu pecuniam, seu obsequium sine omni pacto, & ille iniuste recipit id quod similiter mente simoniaca recipit. Ergo nullum taliter acquisitum potest retineri cum bona conscientia.

¶ Et confirmatur, quia mirabile ualde apparet scilicet simoniae mentali utrimque integros duos, puta quia episcopus principaliter propter spem habendam pecuniam dari co beneficium, qui est paratus est dare pecuniam episcopo principaliter propter beneficium, & sine omni pacto sequitur consensus utrimque effectus: in hoc & simili casu mirabile iniquum est, quod episcopus teneatur non retinere pecuniam acceptam, quia si moniaca accepit, & clericus possit retinere beneficium, cum magis clericus poterit donare pecuniam, ut pote ueris pecuniae dominus. Episcopus beneficium, ut pote dispensator tantum beneficiorum.

¶ Et confirmatur, quia quemadmodum uirgari mentalis tenetur ad restitutionem, si cognoscit quod minus sibi a mutuario oblatum non sponte, sed quasi uisuras soluedo datur, sine omni tamen conuentione, non minus simoniacus mentalis cognoscens beneficium, uel pecuniam sibi simoniace dari, quamuis sine omni conuentione, tenetur restituere, seu non retinere taliter receptam.

¶ Ad hoc dubium, quod datur distinguendo dicitur, quod in simoniaco, qui per

Art. 1. Eius quatuor.

1. q. 1. c. Si quis episcopus.

1. q. 1. c. Si quis episcopus sumitur ex Concilio Calced. can. 20.







volens ementes licite illa possidere illisq; frui, quam si vendidit...

disinis executione, & tenetur restituere beneficium, quod est concessum...

AD QUARTVM dicendum, quod penitentia, vel possessio, vel fructus simoniace accepti, debent restitu...

AD QUINTVM dicendum, quod si aliqui sunt in monasterio simoniace recepti, debent abrenunciare...

AD SEPTIMVM dicendum, quod ad Deum sola voluntas facit simoniacum...

Atis, quamvis nota sibi, ut priuata est persona, seu ad partem: quoniam princeps est agens voluntarium...

la intentione poenitere. AD SEPTIMVM dicendum, quod dispensare cum eo qui est beneficiarius...

QVAESTIO CI.

De pietate, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE post religionem considerandum est de pietate, cuius opposita uitia ex ipsius consideratione innotescunt.

Circa pietatem ergo quaeruntur quatuor.

- Primo, Ad quos pietas se extendat.
Secundo, Quid per pietatem aliquibus exhibeatur.
Terrio, Vtrum pietas sit specialis uirtus.
Quarto, Vtrum religionis obiectus sit pietatis officium pretermittendum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum pietas se extendat ad determinatas personas aliquorum hominum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod pietas non se extendat ad determinatas personas...

AD SEPTIMVM dicendum, quod ad Deum sola voluntas facit simoniacum...

Super Questionis centosime prime Articulum primum.

IN art. 1. q. 101. in responsione ad secundum, aduerte, quod non inueniuntur opera misericordiae, & Deum extensum...

Vertical text in the right margin, likely a commentary or gloss, containing references to other works like '3. dist. 33. q. 1'.